cam: nunqꝫ debite domū exterius ꝓduceret/ vel ī de
bita diſpoſitione fabricaret. Ita oportet vt et tu aſ/
cenſurus prius tibi ſcalā in corde erigas ad cui⁹ exē/
plar oīa foris agas. Sic deus prima cā oīm: nō niſi
ad eſſentiale oīm rex exēplar et ideas. res ipas ī cō/
grua diſpoſitiōe ꝛ forma ꝓduxit ī eſſe. Scdo ex iſta
ꝑ diſpoſitiōe in corde tueris a deceptiōib⁹. Qui em̄
nihil ſibi determinati exercitij vl' ſpiritualis modi ꝑ
figūt/ tot recipiūt de ſuis exercitijs ꝯſilia/ quot vide
rint alioꝝ facta: credentes oī ſpiritui: in nullo ſtabi/
les: in nullo fixi: ſ; in oībus vagabūdi. Ideo illas de
bes aſcenſiones prius diligenti examinatiōe in cor/
de diſponere: vt ſm eas vſqꝫ in finē poſſis vitā tuaꝫ
regulare: alioꝝ vitā et exercitia laudās/ nō tamen aſ
ſumēs vt vult abbas neſtor. Itē debes exercitia tua
in corde diſcreta moderatiōe diſponere/ vt cū q̄daꝫ
alternatiōe et refocillatiōe te teneas ſtabilē/ et nō in
quodā vno ope īportuni⁹ incubātē: alia penit⁹ non
curādo vl' vt inualida reliquēdo: tediū aut īfirmitas
et ſi quid hmōi te vincat. Nā qd̄ caret alterna req̄e:
durabile nō ē. Ita q̄ nunc lege vt poſt ſis validior ad
oratiōnē: nunc meditare: nūc operare vt hec ſibi mu
tuo deſeruiāt/ et hec omnia te ſtantē teneant ſine te
dio de vno ad aliud trāſeuntē. Harū aūt aſcēſionū ī
corde diſpoſitio ſit diuinis ſcripturis conformis et
ſpiritualis viri diſcuſſione approbata.

Qd̄ aliter debet hō in corde diſponere de fine: aliter de his que ſūt ad finē Ca. x

Aliter autē in corde debes diſponere de fi/
ne tuo: aliter de his q̄ ſunt ad finē. Finem

enim tuū videlicet cordis puritatē/ ꝛ caritatē: ita in
corde tuo debes figere et īmobilit̄ īprimere: vt nul-
lo caſu: nullo cōſilio: nullius imperio ab eo diſcedas:
nec ab actu virtutis interiori vel caritate: ſ oīa opa
oīa exercitia ad finē debes dirigere/ et ad ipm ſemp
oculū reflectere. Sicut enī naute q̄ portum ꝓ ocu-
lis non habent/ quo nauigāt: vage hincinde. nunc
ad orientē: nūc ad occidentē ſm ventorum impulſ⁹
nauigant et neſciunt ſi recedunt vel propinquant:
ita eſt qui bona opera facit: et neſcit finem puritat̄:
ſed ꝑmittit vitia in ſe dominari/ neſcit quantuꝫ in ve
ra ſpirituali vita proficit vel deficit. ¶ Ea vero que
ſunt ad finem ita debemus in corde diſponere et or
dinare prout melius poſſunt nos ad finem' caritat̄
vl' puritatis ducere. Cum vero nos in tali fine puri
tatis vel caritatis impediunt libere relinquere. Nō
enim ita debemus inſiſtere lectioni vel meditationi/
vt cum caritas exegerit/ non niſi cum murmure ꝛ tri
ſtitia eam relinquamus/ incurrentes ſic triſticie vel
alterius vicij impuritatem: propter quam extirpan-
dam/ ſacra lectio vel meditatio fuerat arripienda.
¶ Nec in talibus exercitijs/ ita ex toto debemus
eſſe fixi/ ſicut in fine. ſed quando caritas exigit/ vel
obedientia: humiliter ad tempus non ad ſemper de-
ſerere. Que eniꝫ: ſecundum Bernardum: pro carita
te ſūt inſtituta: contra caritatem nō debent militare.

¶ De tribus aſcenſionibus contra tres deſcenſus premiſſos iterum reducentibus ad locum rectitudinis. ¶ Capi. xj.